

59 Disp. II. Partit. V. de forma Substantiali. 60

sam, quæ est sub forma solius Mercurij, tunc illa masla, quæ erat multiplex numero positiuè, efficitur vna numero positiuè: similiter, quia nunc materia prima est distributa in diuersas portiunculas, idèo de facto non dicitur vna, sed multiplex positiuè.

Fauentinus theorematem 27. naturalis Philosophia probare intendit quinque rationibus materiali non esse unam numero. *Prima* est: quia hoc est contra Aristotelem, & rationem; adducit enim Aristotelem ex 12. Metaph. text. 27. Contra rationem vero, quia aliquoquin materia mea esset tua. *Secunda* est, quia aliquoquin eodem modo generatio & corruptio concluderent materiam in genito, & corrupto, id est quod esset vna. *Tertia* aliquoquin materia esset eadem numero sub forma aeris & ignis & per consequens non requireretur transmutatio corruptio, precedens compositum, ad hoc ut materia fieret sub alia forma. *Quarta*: Prior non variatur numero per posterius, ergo cum materia prima sit prior, si de se eset vna numero, non posset plurificari numero, per aduentum formarum: Vtima vero eius ratio nihil habet momenti.

Probat Fauentinus
esse unam
numero.

Concluditur
esse unam
numero.

Respondetur
da rationes
Fauentini.

Respondendum tamen verius dici posse, quod materia prima sit vna numero Metaphysice, multiplex vero Physice. Probatur a priori, quod de se non plurificatur numericè, illud est vnum numero; sed ex opinione etiam Adversarii materia non plurificatur numericè, nisi per formam Physicam, ergo cum prout cadit sub considerationem Metaphysicam, non habeat formam Physicam, non plurificabitur Metaphysice. ergo erit vna numero Metaphysice; at vt spectat ad Physicam, quia de facto plurificatur numericè per diuersas formas numero distinctas, idèo non erit vna numero positiuè Physice.

Nec concludunt contra hoc Rationes Fauentini: Ad primam enim dices Aristotel. loqui Physice, & dum fit instantia materia mea eset tua, nihil vetat hoc admittere Metaphysice, licet Physice mea non sit tua. Item ad secundam dices quod eadem in genito & corrupto concluditur materia Metaphysice, quanvis non Physice. Responde similiter ad tertiam. Ad quartam quoque ex hoc elicetur responso, non enim materia potest plurificari numericè per aduentum formarum, sed tantum Physice, nec enim est distinctione Metaphysice, bene tamen Physice.

Partitio V.

De forma Substantiali.

De forma Substantiali communiter tractant Physici in 1. Phys. statim post materiam primam: alijs post priuationem. Circa autem eam duo principaliter inquisitione digna occurruunt, primum est quomodo forma substantialis latitet in materia ex eaque educatur? Alterum an forma materialis substantialis suam propriam habeat substantialiam? Primum in hac partitione determinabitur; Alterum sequent. Sed prius praemittenda sunt hæc. *Primum* diuisione formarum: *Secundum* De nominibus formarum substantialis informantis. *Tertium* An vere detur in rerum natura forma substantialis? *Quartum* quid nam illa sit?

Pro diuisione formarum hæc habeo: formarum aliae sunt naturales, aliae artificiales: Naturales sunt, quæ constituant compositum naturale, seu Physicum v. g. Petrum, bouem, &c. Artificiales sunt, quæ inducuntur in materiam ab arte, seu artifice, sic forma imaginis producitur a pictore per artem operante.

Formæ item naturales aliae sunt substantiales, & aliae accidentales: Substantiales sunt, quæ ab intrinseco afficiunt subiectū: At accidentales, quæ ab extrinseco: prioris generis est v. g. forma bouis; posterioris nigredo inhaens parieti.

Rursus aliae sunt forme substantialis affi-
cientes, & aliae informantes: Affi-
cientes sunt quidem quadam substancialia; non tamen afficiunt compo-
situm ab intrinseco, sed solum ab extrinseco,
eo modo, quo communis opinio in libro de celo
dicit Angelos esse formas affi-
cientes cœlorum; sic nauta dicitur forma affi-
cientis nauis: Informantes vero est, quæ dat esse intrinsecū ipsi compo-
sito; forma enim bovis dat esse quidditatum ipsi boui. At Angeli cœlis affi-
cientes non dant esse intrinsecum ipsi calis. De sola autem forma Physica, seu naturali, & substantiali in-
formante in presenti agendum est.

Hæc itaque forma-habet varia nomina, di-
citur enim forma, ex eo quod informet & poliat
materiam, quæ de se est rudit, indigetq; moles:
Vocatur, Ratio, quia sicut per rationem de-
uenimus ad rerum cognitionem, Ita & per for-
mantem deuenimus ad cognitionem compositi:
Dicitur species, quia est ornatum, & pulchri-
tudo compositi; aut quia per formam res pon-
tur in tali vel tali specie. Dicitur vnum à Pytha-
gora, quia per formam res habet unitatem. Di-
citur quod quid rei, quia res habet suam quiditatem:
& id, quod est essentia alter ab ipsa forma
dicitur Mens. Exemplar, &c. ut passim videre est
apud autores.

Circaterium. An scilicet detur talis forma
substantialis pro generationibus singulis? Est
quædam antiqua opinio, quæ & a Recentiioribus
quibusdam, non tamen ita recte de Deo sentien-
tibus defenditur, afferens in creatione materie
primæ creatam etiam esse formam: & quod quo-
tidiana mutationes nihil aliud sint, quam quæ-
dam alterations; Alterationis autem nomine
Philosophi intelligunt solum mutationem acci-
dentalis. Et dicit illa opinio, quod omnia, quæ
sunt in mundo, sint vnum quid substantialiter,
quod vero videamus v. g. expatrii materia pro-
duciendas, ex obesiis linteolis confici papyrum,
& huiusmodi, sunt solum mutations acci-
dentalis.

Verum hæc exoleuit opinio in schola, verè
enim dantur de novo formæ substantialiales. Pro-
baturque primum: Dantur generationes; fed ge-
neratio nihil est aliud quam *acquisitio forma sub-
stantialis*, ergo dantur formæ substantialiales de
novo aduentiles. Maiorem, & minorem com-
muniter admittunt Philosophi.

Probatur secundo: nisi darentur formæ sub-
stantialies, nulla de novo darentur composita
substantialia: sed dantur de novo, ergo & dan-
tur formæ substantialies de novo. Maior proba-
tur, quia compositum substantialie nouum con-
stitutur ex noua forma substantiali, alioquin
non

Formarum
Dissilio,

Nam 17.
Determina-
tur quod ve-
re dantur
forma sub-
stantialis.
Prob. prim.

Secundum.